Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Labia os interioris hominis dicit · habet enim et mens uocem suam · qua tacite clamat addnm 7 gaudet ergo anima in labiis suis · quae se redemptam esse cognoscit 7

thara ses israhel 7
Exultabunt labia mea cum cantauero tibi · & anima mea quam redemisti 7
Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam · · cum confusi & reuerriti fuerint qui querunt mala mihi 7

Meditabitur tunc lingua laudes dni omne tempus · quando regnum eius in illa resurrectione percepit 7 Duobus modis confundantur et reuerentur inimici · quando aut hic paenitentiam gerunt · aut certe incadunti di dum illa suis oculis manifestae uident · quae fieri non credebant 7

Salomon interpretatur pacificus · significat xpm · de quo apostolus ait 7 ipse est pax nostra qui fecit utraque unum 7 ipsius uerba testantur eum esse pacificum · qui dixit 7 pacem meum · do uobis 7

INSALOMONEM PSAL 7
Prophetae xpi aduentui praeuenis ab omnibus regibus eum dicit adorandum · quia humanum genus a diaboli potestate redemit 7

Nunc ergo prophetae desiderio inflammatus · petit a patre iudicium dari filio · quod sciebat esse uenturum 7 iudicium enim dictum est · quasi iuris dicium 7 iustitiae di · xps 7 ex cuius iustitia · iustus uiuit 7